 defitiet usque ad consumacionem seculi, secundum quod Christus promisit
 ecclesie in persona Petri, Luce XXII: *Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat*
fides tua.⁷⁸ Qui licet quoad propriam personam in Cristi passione negando
 35 defecerit, tamen ecclesia sancta katholica⁷⁹, que tunc saltem in beata virgine
 illesa⁸⁰ permansit, nunquam defecit neque deficiet usque in finem. Immo
 tanta est vicarii Cristi in terris, pape summi pontificis auctoritas, quod, *si*
papa motu [5r] proprio morientem absolveret ab omni pena per modum
indulgentie et ille pie crederet, statim evolveret, si nullam culpam haberet,
 40 *secundum quod dicit Petrus de Palude, magnus et famosus theologus et iuri-*
sta, in quarto, distinctione xx.⁸¹ Et hoc est proprium pape donum: scilicet
 sibi traditum largiter aliis dispensare exemplo Pauli apostoli dicentis prima
 ad Chorinteos quinto: *Ego, si quid donavi, in persona Christi donavi*,⁸² *ac si*
Christus donasset.⁸³ Cum enim, ut ex supra dictis patet, minister Cristi habeat
 45 auctoritatem remittendi penam, habet et unde eam remittat, scilicet thesau-
 rum ecclesie. Et hoc facit in graciosia conmutacione, qui⁸⁴ fit in indulgenciis,

⁷³ *Luc. 23, 43.*

⁷⁴ *Ioh. 14, 12* qui credit in me, opera, quae ego facio, et ipse faciet, et maiora horum faciet.

⁷⁵ ips us im Druck; i handschriftlich ergänzt.

⁷⁶ *Ioh. 21, 15* pasce agnos meos.

⁷⁷ *Matth. 16, 18* (vulg. adversum).

⁷⁸ *Luc. 22, 32* ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.

⁷⁹ katholi a im Druck; c handschriftlich ergänzt.

⁸⁰ ille a im Druck; s handschriftlich ergänzt.

⁸¹ *Petr. Palud. dist. 20, qu. 4, art. 1* (Venetiis 1493, Bl. 110v) si ergo papa proprio motu morientem absolveret ab omni pena per modum indulgentie, et ille pie crederet, ille evolveret, si nullam culpam haberet, etsi papa iustam causam non haberet.

⁸² *II Cor. 2, 10* nam et ego, quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi.

⁸³ *Gloss. Ord. in II Cor. 2, 10* ac si ipse Christus condonaret.

⁸⁴ *So der Druck statt que.*

volle Macht verliehen ist: «Weide meine Lämmer!» Denn der allgemeinen Kirche ist ein so mächtiges Fundament kirchlicher Vollmacht gegeben, wie Christus zu Petrus gesprochen hat: «Auf diesem Felsen will ich meine Kirche bauen, und die Pforten der Hölle werden sie nicht überwältigen». Diese päpstliche Vollmacht erstreckt sich auch auf die Nachlassung der Strafe im Fegefeuer an allen, die ihm hienieden unterstehen.¹³ Und diese Vollmacht wird bis zum Ende der Welt nicht wanken nach dem Versprechen Christi an die Kirche in der Person Petri (Lukas 22): «Ich betete für dich, Petrus, dass dein Glaube nicht wanke». Dieser wankte zwar bezüglich der eigenen Person in der Verleugnung Christi während der Passion, aber die heilige allgemeine Kirche selber, die damals wenigstens in der Person der seligen Jungfrau heil blieb, wankte niemals und wird bis zum Ende niemals wanken. Im Gegenteil: Nach einem Ausspruch von Petrus Paludanus, einem grossen und berühmten Theologen und Juristen, im vierten Buch, *Distinctio* 20, ist die Vollmacht des Stellvertreters Christi auf Erden, des Papstes und obersten Bischofs so gross, «dass ein Sterbender, wenn ihn der Papst aus eigenem Antrieb vermittelt eines Ablasses von aller Strafe absolvierte und er selber frommen Sinnes glaubte, sofort auffahren würde, wenn er von aller Sündenschuld frei wäre». Und dies ist die ganz persönliche Gabe des Papstes: das ihm Anvertraute grosszügig an andere zu verteilen nach dem Beispiel des Apostels Paulus, der im ersten Korintherbrief, Kapitel 5, sagt: «Was ich vergeben habe, wenn ich etwas vergeben habe, das geschah an Christi statt», «wie wenn Christus vergeben hätte». Wenn nämlich, wie aus dem Obigen hervorgeht, der Diener Christi die Macht hat, eine Strafe zu erlassen, so hat er auch das Mittel dazu, die Strafe zu erlassen, nämlich den Kirchenschatz. Und er tut dies in dem Gnadentausch, der sich beim Ablass vollzieht, und bei dem die gewaltige Strafe des Fegefeuers in eine mässige Strafe umgewandelt wird, wie Albertus im vierten Buch sagt. Obwohl dieser Tausch zumeist ungleich ausfällt, «bezüglich der Quantität sogar kleiner scheint, ist er dennoch grösser an Wert in der Zeit der Notwendigkeit und des Nutzens für die Kirche», sei es die allgemeine Kirche oder eine Ortskirche. Und diesen Tausch, die Notwendigkeit und den Nutzen nach der eigenen Meinung einzuschätzen, abzuwägen und zu bemessen, das ist die Aufgabe desjenigen, der mit seiner

¹³ Eine positive Einstellung zur Frage, ob der Kirchenschatz auch den Seelen im Fegefeuer zugewendet werden kann – wenn auch teilweise mit Einschränkungen –, bereits bei Albert. M. sent. IV, dist. 20, art. 18, qu. 3 (*Opera omnia* 29, 853; 855); Bonav. sent. IV, dist. 20, art. 1, qu. 5 (*Opera omnia* 4, 537–539); Thom. Aq. sent. IV, dist. 45, qu. 2, art. 3 (*Opera omnia* 1, 656). Die Zuwendung eines Jubelablasses an die Seelen im Fegefeuer wurde jedoch erst im Heiligen Jahr 1500 explizit formuliert (Bulle *Inter curas multiplices*, gedruckt in Schmidt, *Bullarium*, 59–62, und Amort, *Notitia*, 95f.). In der Zürcher Jubiläumsbulle ist von einer solchen Möglichkeit nicht die Rede, was die eher beiläufige Erwähnung des Themas durch Albert erklären mag; vgl. Paulus, *Zürcher Jubiläum*, 433.

cum pena purgatorii maxima in penam modicam permutatur, ut dicit Albertus in quarto.⁸⁵ Que conmutacio, licet ut in plurimum sit inequalis, immo sepe *in quantitate videtur minor, est tamen maior in valore tempore necessi-*
50 *tatis et utilitatis ecclesie* universalis sive particularis.⁸⁶ Et hanc conmutacionem, necessitatem et utilitatem secundum eundem taxare, pensare et moderare habet ille, qui universali sua auctoritate apostolica regit et gubernat ecclesiam velud caput et superior princeps et monarcha tocius ecclesiastice gerarchie. Qui semper presumitur habere causam, unde non venit ab aliquo se
55 inferiore iudicandus, sed sufficit causa bona publica vel privata⁸⁷, ut idem Albertus dicit.⁸⁸ Et addit in scripto suo super quartum sententiarum librum correlarium⁸⁹ magnum dicens, *quod quanto plures indulgencias facit ecclesiasticus iudex, tanto melius facit.*⁹⁰

Quantum ad quartum, quis illas indulgencias recipere possit: Super quo
60 breviter respondetur, quod sicut ad veras indulgencias requiritur in conferente auctoritas et cause pietas, ita exigitur in accipiente caritas, quod sit in gracia gratum faciente, et quod habeat veram et indubitam fidem ad claves ecclesie credendo iuxta symbolum apostolorum *in sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum*. Non enim proficiunt⁹¹ indulgencie existentibus in peccatis mortalibus aut in excommunicatione maiori, quia tales sunt membra abscisa a capite sicut palmites a vite. Non enim [5v] est intentio datoris indulgenciarum thesaurum suum dispensare inimicis, id est penitere nolentibus, nec potest fieri remissio pene manente culpa. Insuper requiritur, quod accipientes dictas indulgencias sint
65 contriti et confessi, nam hoc tenet forma et tenor fere omnium indulgenciarum. In cuius figura eciam filii⁹² Israhel in expiationem peccatorum suorum

⁸⁵ Albert. M. sent. IV, dist. 20, art. 16 (Opera omnia 29, 848) est commutatio maioris poenae in minorem.

⁸⁶ Albert. M. sent. IV, dist. 20, art. 17 (Opera omnia 29, 851) quia (...) [indulgentia] commutatio quaedam est poenae in poenam, licet sit minor quantitate, tamen maior est in valore, tempore utilitatis et necessitatis ecclesiae.

⁸⁷ pri ata im Druck; u handschriftlich ergänzt.

⁸⁸ Der Autor scheint auf folgenden Stelle anzuspieren, ohne aber dem Gedankengang ganz zu folgen: Albert. M. sent. IV, dist. 20, art. 17 (Opera omnia 29, 850) duae sunt [conditiones] ex parte dantis, quarum prima est dantis auctoritas (...); alia est pia causa dantem movens, non privata sed publica; haec autem causa tamquam in duo dividitur, ut scilicet sit iusta necessitas talia postulandi a fidelibus, vel publica utilitas.

⁸⁹ So im Druck für corollarium.

⁹⁰ Albert. M. sent. IV, dist. 20, art. 17 (Opera omnia 29, 850) quanto plures dat indulgentias ecclesiasticus dispensator, tanto melius facit.

⁹¹ p(ro)f ciu(n)t im Druck; i handschriftlich ergänzt.

⁹² fily im Druck.

allumfassenden apostolischen Vollmacht die Kirche leitet und lenkt, als Haupt und oberster Fürst und Monarch der ganzen kirchlichen Hierarchie. Es wird vorausgesetzt, dass er immer einen Anlass hat, weshalb er nicht von einem Rangniedrigeren beurteilt wird, sondern es genügt ein guter öffentlicher oder privater Anlass, wie derselbe Albertus sagt. Und in seiner Schrift über das vierte Sentenzenbuch fügt er einen grossen Zusatz hinzu, worin er sagt, «dass ein kirchlicher Richter desto besser handelt, je mehr Ablässe er veranstaltet».

Zum vierten, wer jene Ablässe empfangen kann: Dazu kann in aller Kürze geantwortet werden: Wie zu einem wahren Ablass beim Geber die Vollmacht und ein frommer Anlass erforderlich sind, so wird beim Empfänger Liebe vorausgesetzt und dass er im Stande der versöhnenden Gnade ist und dass er den wahren und unbezweifelbaren Glauben an die Schlüsselgewalt der Kirche besitzt, indem er nach dem apostolischen Glaubensbekenntnis «an die heilige allgemeine Kirche, an die Gemeinschaft der Heiligen und an die Vergebung der Sünden» glaubt. Denjenigen, die eine Todsünde auf dem Gewissen haben oder unter dem grossen Bann stehen,¹⁴ nützen die Ablässe nämlich nichts, denn solche sind vom Haupte abgetrennte Glieder wie Rebsschösse vom Weinstock. Es ist nämlich nicht die Absicht desjenigen, der den Ablass gewährt, seinen Schatz an die Feinde zu verteilen, also an die, welche nicht bereuen wollen, und es kann keinen Straferlass geben, wenn noch Schuld vorhanden ist. Überdies wird verlangt, dass die Empfänger des Ablasses bereut und gebeichtet haben, denn das enthält der Wortlaut gemeinhin aller Ablasserteilungen. Dem zum Vorbild¹⁵ beichteten schon die Söhne Israels zur Sühne für ihre Sünden alle von ihnen begangenen Ungerechtigkeiten, Leviticus, Kapitel 16. Wahre Reue aber besteht nach den Kirchenlehrern darin, dass die Wirkung der Sünde in jeder Hinsicht im Menschen zerstört wird; dies geschieht dann, wenn er vom Wunsch zu sündigen ganz und gar absteht, die begangenen und die künftigen Sünden verabscheut mit dem festen Vorsatz, nicht in die Sünde zurückzufallen, und mit dem Vorsatz zu beichten, der aus dem Schmerz über das Gott zugefügte Leid erwächst. Dies ist alles wohl zu beherzigen. Und soviel zur vierten Frage.

¹⁴ Von der *excommunicatio maior*, auch *excommunicatio totalis*, *excommunicatio solemnis* oder *anathema* genannt, wurde die *excommunicatio minor* unterschieden, die vom Empfang der Sakramente und vom Weihedienst ausschloss und für den Verkehr mit Exkommunizierten angedroht war. Zur Unterscheidung der verschiedenen Abstufungen und Wirkungen der Exkommunikation vgl. Theologische Realenzyklopädie, Bd. V (Berlin 1980), 170ff., besonders 174 (Terminologie) und 178 (Wirkungen).

¹⁵ *figura* ist ein Begriff aus dem Vokabular der Allegorese. Hier wird ein typologischer Vergleich eingeleitet.

confitebantur omnes iniquitates suas, Levitici xvi.⁹³ Vera autem contritio secundum doctores fit, quando effectus peccati secundum omnem sui partem totaliter in homine destruitur, quod fit, quando voluntas perfecte a desiderio peccandi resilit cum detestatione preteritorum et futurorum peccatorum, cum firmo proposito non iterum recidivandi et confitendi proposito ex dolore divine offense causato. Que omnia bene sunt pensanda. Et tantum de quarto principali.

80 Quoad quintum principale, quantum videlicet valeant indulgentie, et quam utiles sint fidelibus in hac vita, quanque insipientes sint, qui has gratiosas indulgentias in hoc seculo lucrari negligunt: sciendum secundum Petrum de Palude in III, ubi supra, quod indulgentie maxime sunt utiles, proficue et secure peccatoribus huius mortalis vite.⁹⁴ Prima autem utilitas ex dispensatione indulgentiarum proveniens est infinite Dei misericordie et
85 immense bonitatis divine ostensio, que magis acceptat unum modicum opus bonum ex caritate factum, quam quod velit hominem pati magnam penam, cum in illa Deus nequaquam delectetur, sed magis *ut convertatur et vivat*,⁹⁵ unde Sapientie nono dicitur: *Misereris omnium, quia omnia potes*.⁹⁶ Quanta autem sit purgatorii pena, patet per Augustinum in quodam sermone, quem
90 allegat Petrus de Tarantasia, qui et papa Innocencius, in quarto scripto suo, distinctione xx, dicentem: *Ignis ille durior erit quam quicquid penarum in hoc seculo videre aut sentire aut cogitare quis potest*.⁹⁷ Et addit Augustinus ibidem de duplici pena purgatorii, scilicet pena sensus et pena dampni, et quantum ad utramque minima pena purgatorii est maior quam maxima mundi.
95 Hec ille. Si quis predicta perpenderet per singula, non adeo ecclesie indulgentias vilipenderet, sed toto conatu easdem, dum viveret, [6r] sibi procuraret. Ex isto patet, quante utilitatis sint indulgentie, quibus divites et habundantes ac delicati homines maxime consolari poterunt. Nam cum audiunt has purgatorii penas fore maximas et horribiles, valde dolerent et
00 supra modum contristarentur, nisi eis per beneficium indulgentiarum subveniretur. Qui dum hic pium opus, licet modicum et parvum, ex caritate faciunt, pro indulgentiis consequendis maximum solvunt debitum de thesauro ecclesie, qui eis participatur. Raro enim aut nunquam iniunguntur sufficientes pene a confessoribus, puta septennis et gravis pro quolibet mortali
05 peccato secundum canones, et hoc propter fragilitatem humanam, que varia

⁹³ Lev. 16 (Einsetzung des jährlichen Sühneopfers).

⁹⁴ Petr. Palud. dist. 20, qu. 4, art. 1 (Venetiis 1493, Bl. 111) et propter hoc maxime sunt utiles indulgentie et secure peccatoribus, qui sepe recidivant (...).

⁹⁵ Ezech. 18, 23 ut convertatur [impius] a viis suis et vivat.

⁹⁶ Sap. 11, 24 sed misereris omnium, quoniam omnia potes.

⁹⁷ Caes. Arel. serm. 179, 5 quia ille purgatorius ignis durior erit, quam quidquid potest poenarum in hoc saeculo aut videri aut cogitari, aut sentiri. – Die anschliessend referierte Unterscheidung einer doppelten Strafe im Fegefeuer findet sich hier nicht.

Zur fünften Frage, welchen Wert diese Ablassse besitzen, und wie nützlich sie für die Gläubigen in diesem Leben sind, und wie töricht jene sind, die es versäumen, die in Gnade gewährten Ablassse in dieser Welt zu erwerben: Nach Petrus Paludanus im vierten Buch, an der gleichen Stelle wie oben, sind die Ablassse in höchstem Masse nützlich, vorteilhaft und sicher für die Sünder in diesem endlichen Leben. Der erste Nutzen, der aus der Gewährung von Ablässen entsteht, liegt im Aufweis der unendlichen Barmherzigkeit Gottes und seiner unermesslichen göttlichen Güte, die eine bescheidene, aus dem Geist der Liebe gewirkte gute Tat dem Verbüssen einer grossen Strafe, an der Gott gar keine Freude hätte, vorzieht; eher verlangt sie, «dass der Mensch sich bekehre und lebe», weshalb es im neunten Kapitel des Buches der Weisheit heisst: «Du erbarmst dich aller, denn du vermagst alles». Wie gewaltig die Strafe des Fegefeuers ist, erhellt aus Augustin in einer Predigt, die Petrus von Tarentaise oder Papst Innozenz V. in seinem vierten Buch [des Sentenzenkommentars], *Distinctio* 20,¹⁶ anführt: «Jenes Feuer wird schlimmer sein als jede Strafe in dieser Welt, die einer sehen, fühlen oder sich ausdenken kann.» Und an der selben Stelle äussert sich Augustin auch zur doppelten Strafe des Fegefeuers, nämlich der sinnlich erfahrbaren Strafe und der Strafe des Verlusts, und wieviel grösser in beiderlei Hinsicht die geringste Strafe im Fegefeuer ist als die grösste in der Welt. Soweit Augustin. Wenn einer das Gesagte im Einzelnen wohl bedächte, würde er die Ablassse der Kirche nicht so gering achten, sondern sie, solange er lebte, mit ganzem Eifer sich zu erwerben suchen. Daraus wird deutlich, wie nützlich die Ablassse sind, mit denen die Reichen, die Wohlhabenden und die verwöhnten Menschen sich gut trösten können. Denn wenn sie hören, dass diese Strafen des Fegefeuers gewaltig und schrecklich sein werden, würden sie sehr traurig und übermässig betrübt werden, wenn ihnen nicht durch die Gnade der Ablassse Hilfe angeboten würde. Wenn sie hier zur Erlangung des Ablasses aus dem Geist der Liebe ein frommes Werk vollbringen, sei es noch so bescheiden und klein, lösen sie die grösstmögliche Schuld aus dem Kirchenschatz ein, der ihnen damit zuteil wird. Selten oder nie werden von den Beichtvätern nämlich hinreichende Strafen verhängt, zum Beispiel die siebenjährige und schwere Busse für jede Todsünde nach den Vorschriften der Kanones, und dies wegen der menschlichen Schwäche, welche unterschiedlich und vielfältig ist; daher der Psalmist: «Erbarme dich meiner, denn ich bin schwach». Oft geschieht es auch aus der Unwissenheit der Beichtväter, welche die Schwere der für die Sünden geschuldeten Strafen nicht richtig bemessen, weshalb sie auch nach der priesterlichen Absolution bei den Sündern sehr oft viele Strafen übrigbleiben lassen, welche kraft der Ablassse getilgt werden, wie oben dargelegt. Daraus folgt, dass es zur Sühne der verhängten Bussen keinen leichteren Weg als den Weg der Ablassse gibt,

¹⁶ Papst Innozenz V. (Pierre de Tarantaise), 1225–1276, Papst seit 1276.

et multiplex est, de qua psalmista: *Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum*.⁹⁸ Provenit nichilominus etiam hoc frequenter ex ignorantia confessorum penarum pro peccatis debitarum quantitatem non bene ponderantium, unde penas multas sepius in penitentibus post absolutionem sacerdotalem relinquunt, que virtute indulgentiarum solvuntur, ut supra patuit. Ex quo sequitur, quod non est facilius via ad satisfaciendum pro penitentiis iniunctis quam via indulgentiarum, quibus homo cito per parvum bonum opus maxima solvit debita ex thesauro ecclesie superhabundante sibi communicato, de quo supra. Quare omnes pro indulgentia vocem demus cum lacrimis.⁹⁹

¶15 Secunda indulgentiarum utilitas est, quod per largitionem indulgentiarum provocantur et inducuntur homines ad opera pietatis exercenda, puta elemosinam, orationem, ieiunium, et ad venerationem sanctorum et alia pietatis opera. Et sic per huiusmodi opera de genere bonorum semper in operantibus augetur Dei gratia et caritas et per consequens bonum glorie et eterne felicitatis. Et ideo, sicut penitencia frequenter iteratur ad delendum culpam, ita indulgentie frequenter sunt iterande, ut pena peccatorum relaxetur et remittatur et merita augeantur. *Quanto ergo plures indulgentias facit ecclesiasticus iudex, tanto melius facit*, ait Albertus.¹⁰⁰ Ex quo sequitur, quod multiplicitas indulgentiarum non deberet inducere earundem fastidium seu contemptum, sed magis gaudium et fidelium consolationem, quanto homines magis sunt peccabiles et permaxime egent indulgentiis, ut etiam supra patuit.

¶20 Tertia utilitas, ut probetur nostra fides, quomodo credamus in sanctam et catholicam ecclesiam, sanctorum communionem et re[6v]missionem peccatorum, et quomodo Deus dedit talem potestatem hominibus. Quia predicta non credentes de indulgentiis parum curant, ideo eis nihil proficiunt, unde Augustinus: *Cristus dedit claves ecclesie, ut, qui non crediderint in eis dimitti*¹⁰¹ *peccata, non dimittantur eis*, et qui crediderint indulgentias, percipiant.¹⁰² Ideo de valore indulgentiarum nullatenus est dubitandum, quin tantum valeant, quantum sonant, propter fidem ecclesie et eius irrefragabilem et indeficientem auctoritatem. Ideo omnes dicere debent illud Iudith octavo:

¶25 *indulgentiam ipsius fuis lacrimis postulemus*.¹⁰³ Quare autem homines tam

⁹⁸ *Psalm. 6, 3.*

⁹⁹ *Vgl. Iudith 8,14 indulgentiam eius [Domini] lacrimis postulemus.*

¹⁰⁰ *Vgl. oben Anm. 90, S. 78.*

¹⁰¹ *dimittit im Druck.*

¹⁰² *Aug. doct. christ. 1, 18, 17 (Corp. Christ. 32, 15):* has igitur claves dedit ecclesiae suae, ut [...], quisquis in ecclesia eius dimitti sibi peccata non crederet, non ei dimitterentur, quisquis autem crederet, seque ab his correctus averteret, in eiusdem ecclesiae gremio constitutus eadem fide atque correctione sanaretur; quisquis enim non credit dimitti sibi posse peccata, fit deterior desperando, quasi nihil illi melius quam malum esse remaneat, ubi de fructu suae conversionis infidus est.

¹⁰³ *Vgl. oben Anm. 99.*

mit denen der Mensch schnell durch ein geringes gutes Werk die grösstmögliche Schuld aus dem ihm mitgeteilten überfliessenden Kirchenschatz einlöst, wovon oben gehandelt wurde. Daher müssen wir alle mit Tränen um den Ablass beten.

Der zweite Nutzen der Ablässe liegt darin, dass die Menschen durch die Gewährung von Ablässen zur Ausübung frommer Werke ermuntert und veranlasst werden, zum Beispiel zu Almosen, Gebet, Fasten und zur Verehrung der Heiligen und zu anderen frommen Übungen. Und so mehrt sich durch solche Werke der guten Art in denen, die sie vollbringen, die Gnade und die Liebe Gottes und demzufolge das Gut der Herrlichkeit und der ewigen Glückseligkeit. Und wie die Busse zur Tilgung einer Schuld oft wiederholt wird, so sollten auch die Ablässe oft wiederholt werden, damit die Sündenstrafe erlassen und vergeben werden und die Verdienste sich vermehren. «Je mehr Ablässe der kirchliche Richter daher veranstaltet, desto besser handelt er», sagt Albertus. Daraus folgt, dass die grosse Zahl von Ablässen bei den Gläubigen nicht Überdross und Missachtung, sondern in dem Masse Freude und Trost auslösen sollte, als die Menschen sündig sind und die Ablässe sehr nötig haben, wie oben ausgeführt.

Der dritte Nutzen: dass unser Glaube bewährt wird, dass wir an die heilige und allgemeine Kirche glauben, an die Gemeinschaft der Heiligen und an die Vergebung der Sünden, und dass Gott den Menschen eine solche Macht verliehen hat. Weil diejenigen, die nicht an die genannten Dinge glauben, sich nicht um Ablässe kümmern, nützen ihnen diese auch nichts, daher sagt Augustin: Christus «gab der Kirche die Schlüssel, damit denen, die nicht an den Sündenerlass glauben, die Sünden nicht erlassen werden» und denen, die an den Ablass glauben, ihn empfangen können. Daher ist am Wert der Ablässe keinesfalls zu zweifeln, da sie soviel wert sind, wie sie verkünden, kraft des Glaubens der Kirche und ihrer unverbrüchlichen und unendlichen Macht.¹⁷ Wir müssen also alle jenen Vers aus dem achten Kapitel des Buchs Judith zitieren: «Wir wollen mit Tränen seine Nachsicht erflehen». Dass aber Menschen es bedauerlicherweise versäumen, auf dieser Welt sich Ablässe zu verdienen, das liegt daran, dass sie – leider! – sich nicht eifrig um solche geistigen Gaben bemühen, weil sie den Wert dieser Ablässe nicht genau genug prüfen und sich um die künftig drohende, gewaltige Strafe des Fegefeuers nicht sorgen, sondern nur die gegenwärtigen, sinnenfälligen Dinge im Auge haben. Denn «die Kinder dieser Welt sind ihresgleichen gegenüber klüger als die Kinder des Lichts», wie es bei Lukas, Kapitel 16, heisst. Sehr viele erdreisten sich, um die wahren und heiligen Ablässe geringfügig und verächtlich zu machen, zu behaupten, dass die Gewährung von Ablässen Hand in Hand gehe mit Simonie oder Schacher und geldgieriger Besteuerung des Volkes, weil – wie sie sagen – geistiges für zeitliches Gut gegeben wird.

¹⁷ Vgl. oben Anm. 8, S. 69.

miserabiliter negligunt hic lucrari indulgencias, hoc fit, quia in talibus spiri-
tualibus beneficiis inquirendis, heu, homines sollertes non sunt, quia non
attente considerant earundem indulgenciarum valorem nec de futura purga-
40 torii tam maxima pena solvenda solliciti sunt, sola presentia, que sensibus
patent, considerantes. Unde *fili huius seculi prudentiores sunt filiis lucis in
generacione sua*, sicut dicitur Luce XVI.¹⁰⁴ Plerique temerario ausu dicere
audent in vilipendium et contemptum verarum et sanctarum indulgencia-
rum, quod in dispensacione indulgenciarum committatur symonia sive emp-
45 tio et avara populi exactionatio, quia, ut dicunt, datur spirituale pro tempora-
li. Quorum omnium frivola et erronea dicta venerabilis ille Albertus Magnus
reprobat, ubi supra, dicens, quod illud temporale, pro quo datur indulgentia,
non est mere temporale, sed *refertur principaliter ad spirituale; nec est simo-
nia aut empicio* sive avara populi exactionatio, *sed magis largitas ecclesie*
50 *filios suos* convenienter *ad bonum provocantis*.¹⁰⁵ Si quis hanc gratiam
respuens aut negligens poterit catholicus reputari, consideret quisque sane
mentis. Si quis pro peccato mortali credit penam septennalem restare etiam
post penitentiam et confessionem et pro multis peccatorum penis remitten-
dis non velit illas redimere remedio sanctarum indulgenciarum, recte et
55 necessario iudicabitur aut fatuus aut incredulus et proprie salutis temerarius
neglector, ambulans absque Dei et futurarum penarum timore.

[7r] *Sequitur de punctis indulgentiarum populo et ecclesiis
Thuricensium concessarum*

De facultatibus autem et indulgentiis populo et ecclesiis Thuricensibus
concessis, de confessoribus locandis et eorum auctoritate in casibus aut sedi
apostolice aut locorum ordinariis reservatis pro hiis, qui talibus forte casibus
60 irretiti fuerint, et de certis aliis indulgentiis, quarum aliquae durante quinque-
nio valent, quidam perpetuis temporibus durabunt, similiter de conmutatio-
nibus votorum et de aliis punctis et effectibus bulle desuper date scio, quia
iam per alios iuris peritos signata sunt et per impressionis artem multiplica-
ta, quare ibidem et in ipsa bulla apostolica videantur.

¹⁰⁴ *Luc. 16, 8* et laudavit dominus vilicum iniquitatis, quia prudenter fecisset, quia
filii huius saeculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.

¹⁰⁵ *Albert. M. sent. IV, dist. 20, art. 17 (Opera omnia 29, 852)* nulla est simonia: quia
illud, quod ecclesia exigit, non refertur ad corporale, sed ad spirituale; nec est ibi
emptio, sed largitas ecclesiae sic ad bonum provocantis filios suos.